Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

dominicū & membris constabat omni uitio
labe carentibus; & haec eadem sunt ligna
spinis simillima. quia & si non in carne pecca
ti. tamen insimilitudine uenit carnis peccati
ut apostolus ait, Sequitur,

§ Cuius longitudo habeat duos semis cubitos.
§ Latitudo cubitum & dimidium; altitudo
§ cubitum similiter ac semissem;

Quidam solent interrogare cuius quantitatis
sit estimandus cubitus quē moyses uel in ar
ca noe. uel in fabrica tabernaculi posuerit.
quae si iosephi uerba uiderimus. facile ques
tio soluitur; Neq; enim putandū est hominē
iudeum genere sacerdotalem. in genio excellen
tissimū. & in scripturis diuinis simul & saecu
laribus doctissimū ullatenus hoc potuisse latere.
Ait ergo; Facta est autē & arca longitudinis
quinq; palmorū. latitudinis trium. Unde pa
tet manifeste quia illū designat cubitū quē duo
palmi complent; Mystice autem longitudo
arcę. longanimā dni ac redemptoris nostri
patientiam. qua inter homines conuersatus est
insinuat; Latitudo amplitudinē ipsam cari
tatis qua ad nos uenire & inter nos habitare uo